

Universitätsbibliothek Wuppertal

C. Cornelii Taciti Opera Qvae Exstant

Tacitus, Cornelius

Antverpiæ, MDLXXXIX

Liber V.

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-496)

C. CORNELII TACITI

AB EXCESSV NERONIS HISTO-

RIARVM LIB. V.

BREVIARIUM LIBRI.

TITUS in Iudæos urbemq. sacram expeditio. Eâ occasione, de gentis origine, moribus, religione, urbisq. ipsius opere & situ, accuratius & uberius dictum. Germanici belli progressus, praelia aliquot inter Civilem & Civilem, qua denique pax (ita apparet ex fine admutati libri) excepit.

Titus in Iudæam rem gerit.
* Var. prelati
Eud. prelati

* Super fortunam

Quibus copiis?



Hierosolyma adfuit.

De Iudæorū ortu:

Varia & varia.

* Glossa est: & abest à Var.

* Ita vet. at vulg. Bocchoris,

Moses.

* Suspectus locus & parum coherens.

Aqua inopia.

IVSDEM anni principio, Cæsar Titus perdomandæ Iudææ dilectus à patre, & * priuatis vtriusq. rebus militiâ clarus, maiore tum vi famaq. agebat, certantibus prouinciarum & exercituum studiis. atq. ipse, vt * superior sui iam crederetur, decôrum se promptumq. in armis ostendebat, comitate & alloquiis officia prouocans: ac plerumq. in opere, in agmine, gregario militi mixtus, incorrupto ducis honore. Tres cum in Iudæa legiones, quinta & decima, & quintadecima, vetus Vespasiani miles excepere. Tradidit & Syria duodecimam, & adductos Alexandriâ duodecimanos tertianosq. Comitabantur viginti sociæ cohortes, octo equitum alæ: simul Agrippa, Sohemusq. reges, & auxilia regis Antiochi, validaq. & solito inter accolæ odio infensa Iudæis Arabum manus. Multi, quos vrbe atque Italiâ sua quemque spes acciuerat, occupandi Principē adhuc vacuum. His cum copiis fines hostiū ingressus, composito agmine, cuncta explorans, paratusq. decernere, haut procul Hierosolymis castra facit. Sed quia famosæ urbis supremū diem tradituri sumus, cōgruens videtur primordia eius aperire. Iudæos Cretâ insula profugos, nouissima Libyæ insedissememorant, quâ tempestate Saturnus vi Iouis pulsus cesserit regnis. Argumentum è nomine petitur. Inclytum in Cretâ, Idam montē. accolæ, Idæos, aucto in Barbarum cognomento, Iudæos vocitari [* quasi Idæos.] quidam regnante Iside, exundantem per Ægyptum multitudinem, ducibus Hierosolymo ac Iudâ, proximas in terras exoneratam. Plerique Æthiopum prolem, quos rege Cephæo, metus atque odium mutare sedes perpulerit. Sunt qui tradant, Assyrios conuenas, indigum agrorum populum, parte Ægypti potitos, ac mox proprias vrbes Hebræasq. terras, & propiora Syriæ coluisse. Clara alij Iudæorum initia: Solymos carminibus Homeri celebratam gentem, conditæ vrbi Hierosolymam nomen è suo fecisse. Plurimi auctores consentiunt, ortâ per Ægyptum tabe, quæ corpora fœdaret: regem * Occhorim, adito Hammonis oraculo, remedium petentem, purgare regnum, & id genus hominum vt inuisum deis, alias in terras auertere iussu. Sic conquisitum collectumq. vulgus, postquam vastis locis relictum sit; ceteris per lacrymas torpentibus, Moysen vnum exsulum monuisse, ne quam deorum hominūve opem expectarent, ab vtrisque deserti, sed sibi met vt duci cælesti crederent, * primò cuius auxilio credentes, præsentes miseras pepulissent. Assensere, atque omnium ignari fortuitum iter incipiunt. Sed nihil æquè, quàm inopia aquæ fatigabat. Iamq. haut procul exitio, totis campis procubuerant: cum grex asinorum agrestium, è pastu in rupem nemore opacam concessit. Secutus Moses, coniecturâ herbidi soli, largas aquarum venas aperit. Id leuamen. & continuum sex dierum iter emensi, septimo pulsus cultoribus,

coribus, obtinere tem
sibi in posterum gen
libus indicie. Profana
illos, quæ nobis inces
depulerant, penetrat
nis. Bos quoque in
moriâ cladis, quod
noxium. Longam o
frugum argumentū, p
otium placuisse ferun
ciâ, septimum quoque
haberi: seu principia
& conditores gentis ac
reguntur, altissimo ob
que cælestium, vim fo
tus quoque modo in
fœda, prauitate val
tributa & stipēs illæ
iplos fides obstinata,
stile odium. Separat
gens, alienarum conc
genitalia instituere;
idem vsurpant. nec
exuere patriam: pare
titudini consilium. N
prælio aut supplicio
moriendi contemptu
Eademque cura, & de
animalia effigiesq. co
numen intelligūt. Pro
cies hominum effigies
interitum. Igitur n
regibus hæc adulatio
biâ tympanisq. con
reperta: Liberum pa
nequaquam congruo
fuit: Iudæorum mos
vergunt, Arabiâ term
nices & mare: Septe
minum salubria, & fe
fruges nostrum ad mo
ceritas, & decor. Balsa
ferri adhibeas, p
vfu medentium est. P
tos inter ardores op
funditque. Nec Iorda
integer persluit: tertio
corruptior, grauitate
piscēs aut luctas aquis
feruntur, periti imperi

toribus, obtinere terras in quibus vrbs & templum dicata sunt. Moses, quo
 sibi in posterum gentem firmaret, novos ritus contrariosque ceteris morta-
 libus indidit. Profana illic omnia, quæ apud nos sacra. Rursum cõcessa apud
 illos, quæ nobis incesta. Effigiem animalis, quo monstrante errorem sitimq.
 depulerant, penetrali sacrauere: cæso ariete, velut in contumeliam Hammo-
 nis. Bos quoque immolatur, quem Ægyptij Apin colunt. Sue abstinent, me-
 moriâ cladis, quod ipsos scabies quondam turpauerat, cui id animal ob-
 noxium. Longam olim famem, crebris adhuc ieiuniis fatentur. Et raptarum
 frugum argumentû, panis Iudaicus nullo fermento detinetur. Septimo die,
 otium placuisse ferunt: quia is finem laborum tulerit. dein blandiente iner-
 tiâ, septimum quoque annum ignauia datum. Alij honorem eum Saturno
 haberi: seu principia religionis tradentibus Idæis, quos cum Saturno pul-
 sos, & conditores gentis accepimus: seu quod è septem sideribus, quibz mortales
 reguntur, altissimo orbe & præcipua potentiâ stella Saturni feratur: ac plera-
 que cælestium, vim suam & cursum septimos per numeros conficiant. Hi ri-
 tus quoquo modo inducti, antiquitate defenduntur. cetera instituta sinistra,
 fœda, prauitate valere. Nam pessimus quisque, spretis religionibus patriis,
 tributa & stipēs illuc congregabant. Vnde aucta Iudæorum res: & quia apud
 ipsos fides obstinata, misericordia in promptu, sed aduersus omnes alios ho-
 stile odium. Separati epulis, discreti cubilibus, proiectissima ad libidinem
 gens, alienarum concubitu abstinent. inter se nihil illicitum. Circumcidere
 genitalia instituere; vt diuersitate noscantur. Transgressi in morem eorum,
 idem vsurpant. nec quidquam prius imbuuntur, quàm contemnere deos,
 exuere patriam: parentes, liberos, fratres, vilia habere. Augenda tamen mul-
 titudini consulitur. Nam & necare quemquam ex agnatis, nefas: animasque
 proelio aut suppliciis peremptorum, æternas putant. Hinc generandi amor, &
 moriendi contemptus. Corpora condere, quàm cremare, è more Ægyptio.
 Eademque cura, & de infernis persuasio. cælestium cõtrâ. Ægyptij pleraque
 animalia effigiesque compositas venerantur. Iudæi mente solâ, vnumque
 numen intelligunt. Profanos qui deum imagines, mortalibus materiis, in spe-
 cies hominum effingant. Summum illud & æternum, neq. mutabile, neque
 interitum. Igitur nulla simulacra vrbibus suis, nedum templis sunt. Non
 regibus hæc adulatio, non Cæsaribus honor. Sed quia sacerdotes eorum ti-
 biâ tympanisque concinebant, hederâ vinciebantur, vitisque aurea templo
 reperta: Liberum patrem coli, domitorem Orientis quidam arbitrati sunt,
 nequaquam congruentibus institutis. quippe Liber festos lætosque ritus po-
 suit: Iudæorum mos absurdus sordidusque. Terra finesque, quâ ad Orientem
 vergunt, Arabiâ terminantur: à meridie, Ægyptus obiacet: ab occasu, Phœ-
 nices & mare: Septentrionem à latere Syriæ longè prospectant. Corpora ho-
 minum salubria, & ferentia laborum. rari imbres, vber solum. [* Exuberant]
 fruges nostrum ad morem. præterque eas, Balsamû: & Palmæ. palmetis pro-
 ceritas, & decor. Balsamum, modica arbor. vt quisq. ramus intumuit, si vim
 ferri adhibeas, pauent venæ: fragmine lapidis, aut testâ aperiuntur. humor in
 vsu medentium est. Præcipuum montium Libanû erigit, mirum dictu, tan-
 tos inter ardores opacum fidumque niuibz. Idem annem Iordanem alit,
 funditque. Nec Iordanes pelago accipitur. Sed vnum atque alterum lacum
 integer perfluit: tertio retinetur. Lacus immenso ambitu, specie maris, sapore
 corruptior, grauitate odoris accolis pestifer, neque vento impellitur, neque
 pisces aut suævas aquis volucres patitur. Incertæ vndæ superiecta, vt solido
 feruntur, periti imperiti que nandi, perinde attolluntur. Certo anni, bitumen
 egerit:

Religio gen-
tis.Asinus iis
(falsum) sa-
cer.Sabbathi
quies.Stipes in
templum.

Circumciso:

Animorum
æternitas.Imaginum
despectio.Quidam Li-
berum iis
deum dant.Iudæa fines
& situs.* Suspicio re-
dundare.
Vbertas, &
fruges.
Balsamum.Iordanes
amnis.Lacus As-
phaltitis.Bitumen in
eo.

egerit: cuius legendi vsum vt ceteras artes, experientia docuit. Ater suapte natura liquor, & sparso aceto concretus, innatat. hunc manu captum, quibus ea cura, in summa naui trahunt. Inde nullo iuuante influit, oneratque, donec abscindas. nec abscindere ære ferrove possis: fugit cruorem vestemque infectam sanguine, quo feminae per menses exsoluuntur. Sic veteres auctores. Sed gnari locorum tradunt, vndantes bitumine moles pelli, manuque trahi ad litus: mox vbi vapore terræ, vi solis inaruerint, securibus cuneisque vt trabes aut saxa discindi. Haut procul inde campi, quos ferunt olim vberes, magnisque vrbibus habitatos, fulminum iactu arsisse: & manere vestigia, terramque specie torridam, vim frugiferam perdidisse. Nam cuncta sponte edita, aut manu fata, siue herbâ tenus aut flore, seu solitam in speciem adoleuere, atra & inania velut in cinerem vanescunt. Ego sicut Iudaicas quondam vrbes igne cælesti flagrasse cõcesserim, ita halitu lacus infici terram, corrupti superfusum spiritum, eoque fetus segetum & autumnii putrescere reor, solo cæloque iuxta graui. Et Belus annis Iudaico mari illabitur: circa cuius os conlectæ arenæ, admixto nitro, in vitrum excoquuntur. modicum id litus, sed egerentibus inexhaustum. Magna pars Iudææ vicis dispergitur. habent & opida. Hierosolyma genti caput. Illic immensæ opulentia templum, & primis munimentis vrbs * deiugis, templum intimis clausum. ad fores, tantum Iudæo aditus: limine, præter sacerdotes, arcebatur. Dum Assyrios penes Medosque & Persas Oriens fuit, despectissima pars seruientium. postquam Macedones præpotuere; rex Antiochus demere superstitionem, & mores Græcorum dare adnixus, quo minus teterrimam gentem in melius mutaret, Parthorum bello prohibitus est. nam eâ tempestate, Arsaces descuerat. Tum Iudæi, Macedonibus inualidis, Parthis nondum adultis (& Romani procul aberant) sibi ipsi reges imposuere, qui mobilitate vulgi expulsi, resumptæ per arma dominatione, fugas ciuium, vrbium euersiones, fratrum, coniugum, parentum neces, aliaque solita regibus ausi, superstitionem fouebant: quia honor sacerdotij, firmamentum potentia assumebatur. Romanorum primus Gn. Pompeius, domuit: templumque iure victoria ingressus est. Inde vulgatum, * nulla intus deum effigie vacuum sedem, & inania arcana. Muri Hierosolymorum diruti, delubrum mansit. Mox bello ciuili interno, postquam in ditionem M. Antonij prouinciæ cesserant: rex Parthorum Pacorus Iudæa potitus, interfectusque à P. Ventidio, & Parthi trans Euphratem redacti. Iudæos C. Sosius subegit. Regnum ab Antonio Herodi datum, victor Augustus sanxit. Post mortem Herodis, nihil expectato Cæsare, Simon quidam regium nomen inuaserat. Is à Quintilio Varo obtinente Syriam punitus. & gentem coercitam, liberi Herodis tripartito regere. Sub Tiberio quies. dein, iussi à C. Cæsare effigiem eius in templo locare, arma potius sumere, quem motum Cæsaris mors diremit. Claudius defunctis regibus, aut ad modicum redactis, Iudæam prouinciam equitibus Romanis aut libertis permisit. è quibus Antonius Felix, per omnem sæuitiam ac libidinē, ius regium feruili ingenio exercuit, Drusillâ Cleopatraz & Antonij nepte in matrimonium acceptâ. vt eiusdem Antonij, Felix progener, Claudius nepos esset. durauit tamen patientia Iudæis, vsque ad Gessium Florum procuratorem. Sub eo bellum ortum. & comprimere cœptantem Cestium Gallum Syriæ legatum, varia prælia ac sæpius aduersa excepere. Qui vbi fato, aut tædio occidit: missu Neronis, Vespasianus fortunâ fama. & egregiis ministris, intra duas ætates, cuncta camporum, omnesque præter Hierosolyma vrbes, victore exercitu tenebat. Proximus annus ciuili bello intentus, quantum ad Iudæos per otium

Campi ex-
stiti.

Belus annis.

Hierosolyma
vrbs.

Ibi templum.

Antiochus
Iudæis in-
fusus.

Reges iis,
vna & sa-
cerdotes.

Pompeius
vincit.
* Alii, nullas
i. d. effigies

Parthi ve-
nant.

Varij apud
eos reges, &
urbes.

Felix, procu-
rator Iudææ.

Florus, sub
quo bellum.

Vespasianus
ad missus.

otium transit. pace per
quod soli Iudæi non ce-
nes principatus noui
mus, ante moenia He-
Iudæi sub ipsos mu-
lerentur, parato per
biguè certauit. Mox
prelia serebant donec
oppugnandum veru-
riti, poscebantque per-
rum. Ipsi Tito Roma,
rosolyma conciderent
moleq. firmarent, q-
mensum editos clau-
latera oppugnantium,
vbi mons iuuisset, in
attollebantur. mira
regis circumiecta. con-
tonij ab Herode app-
bore & opere ante al-
propugnaculum. For-
sternatq. seruandis im-
crebra bella inde con-
expugnatis, metus an-
dianorum temporu,
ad bellum: magna
cassimus quique
totidem exercitus. Em-
Ioannes, quem & Burge-
titudine & armis Ioan-
dolos, incendia inter
missis per speciem sac-
templo portitur. ita in
Ro. bellum externum
hostiis, neque vocis pe-
aduersa. Vix per cæli
igne collucere templum
manâ vox, Excedere de-
mum traherent: p-
continet, eo ipso tem-
rum potuerunt. quæ am-
gus, more humanæ cupi-
tati, ne aduersus quidem
mætat, virilis æmulo
eundem, qui ferre pos-
viris feminisque par-
quam mortis. Hanc ad-
perum & subita belli
Diuiduntur legionibus
pugnandis vrbibus repen-

otium transiit. pace per Italiam partâ, & externæ curæ rediêre. Augebat iras, quod soli Iudæi non cessissent. Simul manere apud exercitus Titum, ad omnes principatus noui euentus casusve vtile videbatur. Igitur castris, vti diximus, ante mœnia Hierosolymorum positâ, instructas legiones ostentauit. Iudæi sub ipsos muros struxere aciem, rebus secûdis longius ausuri; & si pellerentur, parato perfugio. Missus in eos eques cum expeditis cohortibus, ambigûe certauit. Mox cessere hostes, & sequentibus diebus crebra pro portis prælia ferebant: donec assiduis damnis, intra mœnia pellerentur. Romani ad oppugnandum versi. neque enim dignum videbatur, famê hostium opperriri. poscebantque pericula, pars virtute, multi ferociâ, & cupidine præmiorum. Ipsi Tiro Roma, & opes, voluptatesque ante oculos; ac ni statim Hierosolyma conciderent, morari videbantur. Sed urbem arduam situ, opera moleque firmauerant, quâs vel plana satis munirentur. Nam duos colles imensum editos claudebant muri per artem obliqui, aut introrsus sinuati: ut latera oppugnantium, ad ictus patefcerent. Extrema rupis, abrupta. & turre, ubi mons inuisset, in sexaginta pedes, inter deuexa, in centenos vicenosque attollebantur. mirâ specie, ac procul intuentibus pares. Alia intus mœnia, regiæ circumiecta. conspicuoque fastigio turris, Antonia in honorem M. Antonij ab Herode appellata. Templum in modum arcis, propriique muri, labore & opere ante alios. ipsa porticus, quâs templum ambiabatur, egregium propugnaculum. Fons perennis aquæ, cauati sub terrâ montes: & piscinæ cisternæque, seruandis imbribus. præuiderant cōditores ex diuersitate morum, crebra bella. inde cuncta, quamuis aduersus longum obsidiû: & à Pompeio expugnatis, metus atque vsus pleraque monstrauere. Atque per auaritiam Claudianorum temporû, emto iure muniendi, struxere muros in pace, tamquam ad bellum: magnâ colluie, & ceterarum urbium clade aucti. Nam peruicacissimus quisque illuc perfugerat; eoque seditiosius agebant. Tres duces, totidem exercitus. Extrema & latissima mœnium, Simon: median urbem, Ioannes, quem & Bargioram vocabant: templû, Eleazarus firmauerat. Multitudine & armis Ioannes, ac Simon; Eleazarus, loco pollebat. Sed prælia, dolus, incendia inter ipsos, & magna vis frumenti ambusta. Mox Ioannes, missis per speciem sacrificandi, qui Eleazarum manuque eius obtruncarent, templo potitur. ita in duas factiones ciuitas discessit, donec propinquatibus Ro. bellum externum concordiam pareret. Euenerant prodigia, quæ neque hostiis, neque votis piare fas habet gens, superstitioni obnoxia, religionibus aduersa. Visæ per cælum concurrere acies, rutilantia arma, & subito nubium igne collucere templum. Expasæ repente delubri fores, & audita maior humanâ vox, Excedere deos, simul ingens motus excedentium. Quæ pauci in metum trahebant: pluribus persuasio inerat, antiquis sacerdotum litteris contineri, eo ipso tempore fore, ut valesceret Oriens, profectique Iudæa rerum potirentur. quæ ambages Vespasianum ac Titum prædixerant. Sed vulgus, more humanæ cupidinis, sibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne aduersis quidem ad vera mutabantur. Multitudinē obsessorum omnis ætatis, virilis ac muliebris sexus, * sexcenta millia fuisse accepimus. Arma cunctis, qui ferre possent: & plures, quàm pro numero, audebant. Obstinatio viris feminisque par: ac si transferre sedes cogerebantur, maior vitæ metus quàm mortis. Hanc aduersus urbem gentemque Cæsar Titus, quando impetum & subita belli locus abnueret, aggeribus vineisque certare statuit. Diuiduntur legionibus munia, & quies præliorum fuit: donec cuncta expugnandis urbibus reperta apud veteres, aut nouis ingeniis, struerentur. At Ciuis,

Titus ibi relictus.

Pugnatur ad Hierosolyma.

Eademque oppugnantur.

Frustra, quia permixta.

Turris Antonia. Templum.

Duces. Idem. Simon, Ioannes, Eleazarus.

Inter se discordes.

Prodigia ante exitum Iudæorum.

Prædictio de rege regum à Iudæa.

Mira multitudo obsessorum. * Ver. edi. ducenta.

Machinis urbs innadatur.

Ciuis ad
Vetera cum
cepit.

Cerialis item
ibid.

Rhenus in
campis ef-
fusus.

Pugna tu-
multuaria
in aquis.

Qua Ciuis
pro meliore
fuit.

Iterum pu-
gna, sed or-
dinata.

Cerialis suos
varie hortat-
ur.

* Silens, aut
Silenter
Ciuis item
suos.

* Var. mate-
riam.

Commis-
siones.

Ciuis, post malam in Treueris pugnam, reparato per Germaniam exercitu, apud Vetera confedit: tutus loco: & ut memoriâ prosperarum illis rerum, augescerent Barbarorum animi. Secutus est eodem Cerialis, duplicatis copiis, aduentu secundæ & XVI. & XIII. legionum. Cohortesque & alae iam pridem accitæ, post victoriam properauerant. Neuter ducum contator. Sed arcebat latitudo camporum, suoque ingenio humentium. Addiderat Ciuis obliquam in Rhenum molem, cuius obiectu reuolutus amnis, adiacentibus superfunderetur. Ea loci forma, incertis vadis subdola, & nobis aduersa. quippe miles Romanus armis grauis, & nandi pavidus: Germanos fluminibus suetos, leuitas armorum, & proceritas corporum attollit. Igitur lacescentibus Batauis, ferocissimo cuique nostrorum ceptum certamen. deinde orta trepidatio, cum præaltis paludibus arma equique haurirentur. Germani, notis vadis persultabant, omisso plerumque fronte, latera ac terga circumuenientes. neque ut in pedestri acie, cominus certabatur, sed tamquam nauali pugna, vagi inter undas, aut si quid stabile occurrebat, totis illic corporibus nitentes, vulnerati cum integris, periti nandi cum ignaris, in mutuam perniciem implicabantur. minor tamen quam pro tumultu cædes: quia non ausi egredi paludem Germani, in castra redire. Eius prælij euentus, utrumque ducem, diuersis animi motibus, ad maturandum summæ rei discrimen erexit. Ciuis, instare fortunæ, Cerialis, abolere ignominiam. Germani, prosperis feroces; Romanos, pudor excitauerat. nox apud Barbaros cantu aut clamore, nostris per iram & minas acta. Posterâ luce, Cerialis equite & auxiliariis cohortibus frontem explet: in secundâ acie, legiones locatæ: dux sibi dilectos retinuerat, ad improuisa. Ciuis haut porrecto agmine, sed cuneis astitit. Bataui Cugernique in dextro, læua ac propiora fluminis, Transrhenani tenuere. Exhortatio ducum, non more cõcionis apud vniuersos, sed ut quosque eorum aduehebantur. Cerialis *veterem Rom. nominis gloriam, antiquas recentesque victorias: ut perfidum, ignauum, victum hostem, in æternum exscinderent. ultione magis, quam prælio opus esse. Pauciores nuper cum pluribus certasse: attamen fusos Germanos, quod roboris fuerit. Superesse, qui fugam animis, qui vulnera tergo, ferant.* Proprios inde stimulos legionibus adinouebat, domitores Britannicæ quartadecimanos appellans. principem Galbam, sextæ legionis auctoritate factum: illâ primum acie, Secundanos noua signa, nouamque aquilam dicaturos. Hinc præuectus ad Germanicum exercitum, manus tendebat, ut suam ripam, sua castra sanguine hostium reciperarent. Alacrior omnium clamor, quis vel è longâ pace prælij cupido, vel fessis bello pacis amor, præmiaque & quies in posterum sperabantur. Nec Ciuis silentem struxit aciem, locum pugne testem virtutis ciens: *Stare Germanos Batauosque super vestigia gloriæ, cineres ossaque legionum calcantes. quocumque oculos Romanus intenderet, captiuitatem, clademque & dira omnia obuersari. Ne terrerentur vario Treuerici prælij euentu: suam illis victoriam Germanis obstitisse, dum omissis telis, prædâ manus impediunt. sed cuncta mox prospera, & hosti contraria euenisse. Quæ prouideri astu ducis oportuerit, prouidisse: campos madentes, & ipsis gnaros, paludes hostibus noxias: Rhenum & Germania deos in aspectu, quorum numine capefferent pugnam, coniugum, parentum, patriæ memores. illum diem aut gloriosissimum inter maiores, aut ignominiosum apud posteros fore.* Vbi sono armorum tripudiusque (ita illis mos) approbata sunt dicta, faxis, glandibusque & ceteris missilibus prælium incipitur: neque nostro milite paludem ingrediente, & Germanis ut elicerent lacescentibus. Absumtis quæ iaciuntur, & ardesciente pugna, procursum ab hoste infestius, immanis corporibus, & prælongis hastis fluitantem labantemque militem eminus fodiebant, simul è mole, quam eductam in Rhenum rettulimus,

mus, Bructerorū cuneus transnatauit. turbata ibi res: & pellebatur sociarum cohortium acies, cum legiones pugnam excipiunt, suppressaque hostium ferociā, praelium exæquat. Inter quæ, perfuga Batauius adiit Cerialem, terga hostiū promittēs, si extremo paludis eques mitteretur: solidū illā, & Cuger- nos quibus custodia obuenerat, parū intentos. Duæ alæ cum perfugā missæ, incauto hosti circumfunduntur. quod ubi clamore cognitū, legiones à fronte incubuere, pulsiq̃ Germani Rhenum fugā petebant. Debellatum eo die foret, si Romana classis sequi maturasset. Ne eques quidē institit, repentē fuis imbris, & propinquā nocte. Posterā die, decima quarta legio in superio- rem prouinciam Gallo Anno missa. Cerialis exercitū, decima ex Hispaniā legio suppleuit. Ciuili Chaucorum auxilia venere. non tamen ausus opidum * Bataurū armis tueri, raptis quæ ferri poterant, ceteris iniecto igni in insu- lam concessit. gnarus deesse naues efficiendo ponti, neq. exercitum Ro. aliter transmissurū. quin & diruit molē à Druso Germanico factam, Rhenumq̃ pronō alueo in Galliam ruentem, disiectis quæ morabatur, effudit. Sic velut abactō amne, tenuis alueus, insulam inter, Germanosq̃, continentiū terra- rum speciem fecerat. Transiere Rhenū Tutor quoq. & Classicus, & centum tredecim Treuerorū senatores: in quibus fuit Alpinus Montanus, quē à Pri- mo Antonio missum in Gallias superius memorauimus. Comitabatur eum frater D. Alpinus. Simul ceteri miseratione ac donis auxilia concibant, inter- gentes periculorū auidas. Tantumq. belli superfuit, vt præsidia cohortiū, ala- rum, legionū, modicis vicis quadripartita Ciuilis inuaserit: Decimam legio- nem, Arenaci, secundam, Batauoduri, & Grinnes Vadamq. cohortium ala- rumq̃ castra: ita diuisis copiis, vt ipse & Verax sorore eius genitus, Classi- cusq. ac Tutor suam quisq. manū traherent: nec omnia patrandi fiduciā, sed multa ausis aliquā in parte fortunam affore. Simul Cerialem, neq. satis cau- tum, & pluribus nuntiis huc illuc cursantem, posse medio intercipi. Quibus obuenerant castra decumanorū, oppugnationē legionis arduam rati, egres- sum militem & cædendis materiis operatum turbauere, occiso præfecto ca- strorum & quinq. primoribus centurionū, paucisq. militibus. Ceteri se mu- nimentis defendere. Et interim Germanorū manus, Batauoduri, irrupere inchoatum pontem nitebantur. Ambiguum præliū nox diremit. Plus discriminis apud Grinnes Vadamq̃. Vadā Ciuilis, Grinnes Classicus, oppugna- bant. nec sisti poterāt, interfecto fortissimo quoque: in quīs Briganticus præ- fectus alæ ceciderat, quem fidū Romanis, & Ciuili auunculo infensum dixi- mus. Sed ubi Cerialis cum dilectā equitū manu subuenit, versa fortuna. præ- cipites Germani in amnem aguntur. Ciuilis dum fugientes retentat agnitus, petitusq. telis, relicto equo, transnatauit. Idem Germanis effugium. Tutorem Classicumq. appulsæ lintres vexere. Ne tum quidem Romana classis pugna affuit, vt iussum erat. Sed obstitit formido, & remiges per alia militiæ munia dispersi. Sanè Cerialis parū temporis ad exsequenda imperia dabat: subitus consiliis, sed euentu clarus. Aderat fortuna, etiā ubi artes defuissent. hinc ipsi exercituiq̃, minor cura disciplinæ. Et paucos post dies quamquam pericu- lum captiuitatis euasisset, infamiam non vitauit. Profectus Nouesium Bon- namq. ad visenda castra, quæ hiematuris legionibus erigebantur, nauibus remeabat, disiecto agmine, incuriosis vigiliis. Animaduersum id Germanis, & insidias composuere. electa nox atra nubibus, & pronō amne rapti, nullo prohibente vallum ineunt. Prima cædes astu adiuta: incisis tabernaculorum funibus, suis met * coriis coopertos trucidabant. Aliud agmen, turbare clas- sem, iniicere vincla, trahere puppes. Vtq. ad fallendū silentio, ita cœptā cæ-

Turbatūq. initio Ro- mani.

Mox perfu- ga suggestio- ne adiuti.

Hostes fu- giunt.

Ciuilis in Batauiam se condit.

* Fortē, Bata- uodurū

Molem Dru- si diruit.

Primores Galliarum trans Rhenū fugiunt.

Ciuilis di- uersa præsi- dia inuadit.

Castra de- cumanorū:

Batauodu- rum:

Grinnes & Vadam.

Sed ubique repulsus.

Cerialis pa- rum prou- dus.

Itaque panē is interce- ptus.

* Vas. tentō- riis

de, & quò plus terroris adderet, cuncta clamoribus miscebant. Romani vulneribus exciti, quærunt arma, ruunt per vias, pauci ornati militariter, plerique circum brachia tortâ veste, & strictis mucronibus, dux semisomnis ac propè inlectus, errore hostiû seruatur. Namq. prætoriam nauem, vexillo insignem, illuc ducem rati, abripiunt. Cerialis alibi noctem egerat, vt pleriq. credidêre, ob stuprû Claudiæ Sacratæ, mulieris Vbiæ, vigiles flagitium suum ducis dedecore excusabant, tamquam iussi silere: ne quietem eius turbarent. ita intermisso signo, & vocibus, se quoq. in somnû lapsos. Multâ luce reuecti hostes, captiuis nauibus, prætoriâ triremem, flumine Luppiâ, donû Velledæ traxêre. Ciuilem cupido incescit, nauale aciem ostentandi. Complet quot biremium, quæq. simplici ordine agebantur. Adiecta ingens lintrium vis, tricenis quadragenisq. armamenta liburnicis solita: & simul captæ lintres, sagulis verficoloribus, haut indecorè pro velis iuuabantur. Spatium velut æquoris captum, vbi Mosæ fluminis amnè Rhenus Oceano affundit. Causa instruendæ classis, super insitam genti vanitatem, vt eo terrore comineatus Galliâ aduentantes interciperet. Cerialis miraculo magis, quàm metu, direxit classem: numero imparem, vsu remigum, gubernatorum arte, nauium magnitudine potiozem. Is flumine secundo, illi vento agebatur. Sic præuecti, tentato telorum iactu, dirimuntur. Ciuilis nihil vltra ausus, trans Rhenum concessit. Cerialis insulam Batauorum hostiliter populatus, agros villasq. Ciuilis intactos, notâ arte ducum sinebat: cùm interim flexu autumnî, & crebris pluuiabilibus imbribus superfusus amnis, palustrem humilemq. insulam in faciem stagni oppleuit. nec classis, aut comineatus aderant: castraq. in plano sita, vi fluminis differebatur. Potuisse tunc opprimi legiones, & voluisse Germanos, sed dolo à se flexos, imputauit Ciuilis. Neq. abhorret vero, quando paucis post diebus deditio insecuta est. Nam Cerialis, per occultos nuntios, Batauis pacem, Ciuili veniam ostentans, Velledam propinquosq. monebat, fortunam belli tot cladibus aduersam, opportuno erga populum Ro. merito mutare. *Casos Treueros, receptos Ubios, ereptâ Batauis patriam: neq. aliud Ciuilis amicitia per actû, quàm vulnera, fugas, luctus, exsulem eum & extorrem, recipientibus oneri: & satis peccauisse, quòd toties Rhenû transcenderint. si quid vltra moliantur, inde iniuriâ & culpam, hinc ultionem & deos fore.* Miscebantur minis promissa. Et cõcussa Transrhenanorum fide, inter Batauos quoq. sermones orti, *Non prorogandam vltra ruinam: nec posse ab vnâ natione totius orbis seruitium depelli. quid perfectû cade & incendiis legionû, nisi vt plures validioresq. accirentur? Si Vespasiano bellû nauauerint, Vespasianû rerum potiri. sin pop. Rom. armis prouocent, quotam partem generis humani Batauos esse? respicerent Rhetos Noricosq. & ceterorum onera sociorû: sibi non tributa, sed virtutes & viros indici. proximû id libertati: & si dominorû electio sit, honestius Principes Romanorû, quàm Germanorû seminas tolerari.* Hæc vulgus. Proceres, atrociore Ciuilis rabie semet in arma trufos: illû domesticis malis, excidiû gentis opposuisse. tunc insensos Batauis deos, cùm obsiderentur legiones, interficerentur legati, bellû vni necessariû, ferale ipsis sumeretur. Ventû ad extrema, ni resipiscere incipiant & noxi capitis pænâ pœnitentiâ fateantur. Non fefellit Ciuilis ea inclinatio, & præuenire statuit. super tædiû malorû, etiam spe vitæ, quæ plerumq. magnos animos infringit. Petito colloquio, scinditur Nabaliæ fluminis pons. In cuius abrupta progressi duces, Ciuilis ita cœpit. *Si apud Vitellij legatû defenderer: neq. factò meo venia, neque dictis fides debebatur. Cuncta inter nos inimica, hostilia, ab illo cœpta, à me aucta erant. Erga Vespasianû, vetus mihi obseruantia: & cùm priuatus esset, amici vocabamur. Hoc Primo Antonio notû, cuius epistolis ad bellum accitus sum, ne Germanicæ legiones & Gallica iuuentus alpes transcenderet. Quæ Antonius absens, Flaccus præsens monebat, arma in Germaniâ moui, quæ Mucianus in Syriâ, Aponius in Mæsiâ, Fabianus in Pannoniâ.*

Nauibus captiuis potiri.

Nauale certamen sententiam.

Leg. deorum

Cerialis Batauiâ intrat.

In quâ periclitatur ab aquis.

Ad pacem Batauos inuitat.

Atque hi inuolunt.

Rhe. conuicti, inuentum & viros. non male.

Ciuilem accusant.

Ille ad colloquium Cerialis venit.

Leg. Vahalis

Leg. Flammianus.

A D VIR

VIR

in quo spero te facturum quod teris, dum meliore ingenio mouent, futurum confido.

C. CO
DE SIT
LIS

Danubius molli & populos adit, domus enim os paludibus neq. aliarum gentium sed classibus aduectis vtq. sic dixerim, ad portum præter periculum Germaniam peruenit, nisi si patrum illos memoria & aliorum Mannum, origines quorum nominibus in ista uoces vocantur pluresq. gentes appropinquantes: eaque vera pulerint, nunc Turcigenis euasit paulo ipis inuento nominem morant, primūque

AD